



Num. 45. cap. 4. num.

33. fo

PEREZIUS

I N

INSTITUTIONES

Juris Civilis.



ANTONII
PEREZII JC.

S. C. & R. Majest. Confiliariū,
in Academia Lovaniensi

Juris Civilis Antecessoris,

INSTITUTIONES


IMPERIALES

EROTEMATIBUS

DISTINCTÆ,

Atque ex ipsis principiis regulisque Juris,
passim insertis, explicatæ.

Ultima Editio à mendis purgata.



VENETIIS,

Ex Typographia Balleoniana.

MDCCLXXVII.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

AD LECTOREM.

IN lucem evulgamus, benigne Lector, nova Institutionum Erotemata. Quid hoc, ais, novi? Nonne Cujacius, Julius Pacius, Marcellinus, Vultejus; alique viri præstantissimi, Notas brevifque expositiones edidere? Fateor: Sed illi sibi, aut solum doctis, scribere se profitentur. Ego verò ad omnes hujus mei laboris fructum aliquem pervenire cupio: eoque ita rudiores instruti, ut doctis quoque non improbetur. At, inquires, scripsit & nuper VVolfius Erotemata, sæpius recusa. Sic est: sed nuda sunt, vix ullam in iis textus rationem subjunxit. Hic verò sensa textus, ac Juris Regulas permixtas habes, itemque rationes ex principiis Juris depromptas: quæ si minus placeant, reprehendendi sunt Juris nostri Conditores, atque optimi hujus ævi Interpretes, è quorum hortibus flores decerpsi. Quod inusitatum videri non poterit: præcipit enim Fabius, apes nobis imitandas, quæ diutius vagantur, ut flores carpant; postea quicquid collegerunt, disponant, favi que suis inferant, ac secum tandem proptii oris spiritu in dulcissimum mellis saporem convertant. Collegi & hæc in usum studiosæ juventutis, cui perspicua brevitate prodesse sum conatus. Ordinem textus sequi placuit; quia satius rectam

Quae sunt praecepta Juris?

Hæc tria, Honestè vivere, Alterum non ledere, Jus suum cuique tribuere. Primum est Modestiae; alterum Temperantiae; tertium Justitiae.

§. 4. h. l. 10. ff. eod.

Honestè vivere, est temperatè, verecundè & cum virtute vivere; nam unusquisque ad rationis atque honestatis normam se privatim componere debet, & considerare, non solum quid liceat, sed & quid honestum sit.

l. 197. ff. de R. j.

Alterum non ledere, ad famam salutemque alienam spectat, ut scilicet non faciat quis alteri, quod ipse pati ab altero nolit. Ex quo profluxit altera Juris Regula, Quod alteri per alterum non debeat iniqua conditio inferri.

Suum cuique tribuere, ad contractus refertur, in quibus ita servanda est æqualitas, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore petitione.

l. 74. ff. eod. tit. l. 31. §. 1. ff. de pos. sù.

Quot sunt hujus Studii positiones?

Dux, Publicum, & Privatum.

Publicum Jus ad statum rei Romane spectat, & consistere dicitur in Sacris, Sacerdotibus, Magistratibus, jure belli ac foederibus.

§. 1. h. e. d. l. 1. §. 1. ff. h. e.

Privatum ad singulorum utilitatem pertinet, principali causa inspecta; licet ejus quoque rei commodum per consequentiam in Rempublicam redundet.

Quotuplex est Jus Civile?

Duplex; constat enim aut Scripto, aut sine Scripta. Scriptum autem Jus est, Lex, §. constat Plebiscita, Senatus consulta, Principum autem, Placita, Magistratum Edicta, Responsa Prudentum.

Quid est Lex?

Quod populus Romanus, Senatorio magistratu interrogante, veluti Consule, constituerebat. Cum enim penes populum esset rerum summa, is rogandus erat; & quod populus jusserat, firmum erat. Legis hoc loco strictissima significatio est, pro parte Juris scripti, ejusque definitio seu descriptio desumpta à causa sua efficiente, ut & ceterarum Juris scripti partium.

versu lex est.

Quid Plebiscitum?

Quod plebs (quæ tertia pars est populi) plebejo magistratu interrogante, veluti Tribuno, constituerebat. Et hoc ab initio non totum populum obligavit, sed plebem dumtaxat. Postea verò Lege Hortensia effectum est, ut eo jure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur: ex quo Plebiscita pro legibus haberi cœperunt.

§. Plebisc. hic l. 1. §. 9. ff. de Orig. jur.

Quid Senatusconsultum?

Quod Senatus jubet atque constituit: Augusto enim nimis populo, necessitas eò rem deduxit, ut Senatus vice populi consuleretur. Ac deindè Princeps Senatui eam potestatem fecit, ut & jus facere posset.

§. S.C. l. 9. ff. de leg. quæ potestas soli Principi hodie reservata l. ult. C. de ed.

Quæ

Quæ sunt Principum placita?

§. sed &
quod Prin-
cipi.
l. 1. ff. de
const.

Sunt Principum Constitutiones; id est, Rescripta, Decreta, & Edicta Principum, quæ generali nomine Constitutiones appellantur. Quidquid enim Principi placuit, legis habet vigorem; si scilicet Princeps id eo animo proferat, ut pro lege servetur. Et hoc omnes obligat, quia lege Regia, quæ de ejus imperio sive potestate lata est, populus ei, scilicet Principi, & in eum omne imperium suum & potestatem concessit, non ad tempus, sed in perpetuum.

Quot igitur modis Princeps voluntatem pro lege habendam declarat?

Tribus modis: Rescribendo, Decernendo, & Edicendo. Quocumque enim Imperator per epistolam constituit, referendo ad relationem Judicis, vel ad libellum sive petitionem supplicantis, vel cognoscens decrevit, lata sententia definitiva super negotio inter partes controverso; vel edicto præcepit, edicendo & statuendo aliquid motu proprio, legem esse constat.

Quotuplices sunt Constitutiones?

Quædam sunt Personales, quæ ad exemplum non trahuntur, quippe restrictæ vel ad certam causam, vel personam, quam non egrediuntur; dicunturque Privilegia, quæ Princeps, ex certa causa motus, alicui ob meritum indulgit, etiam contra legem generalem, à qua ut ipse solutus est, ita & alios solvere potest. Multos autem solvere legi-

Verf. Pl.
ne d. l. 1. §.
2. l. 162. ff.
de R. J.

LIBER TERTIUS
INSTITUTIONES
IMPERIALES
EROTEMATIBUS
DISTINCTÆ ET EXPLICATÆ.

LIBER TERTIUS.
TITULUS I.

De hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur.

Hæreditas defertur vel ex testamento, vel ex lege, id est, ab intestato: sive, duplex est Hæreditas, Testamentaria, & Legitima. De illa, quia prior & potior est, expositum fuit hætenus; neque enim locus esse potest successioni legitimæ, nisi cum testamentaria cessat, cum scilicet ille, de cujus hæreditate agitur, decessit intestatus.

Qui intestatus decedere dicitur?



Si aut omninò testamentum non fecit, cum facere potuit: aut non iure fecit: aut id, quod fecerat, ruptum irritumve factum est: aut si ex eo nemo hæres extiterit. Duobus prioribus

Text. h. in princ. l. 1. ff. de suis & leg. l. 64. ff. de V. S.

modis statim à morte quis dicitur

INSTITUTIONES
IMPERIALES
PROTEMATIBUS

DISTINCTÆ ET EXPLICATÆ.

LIBER QUARTUS.

TITULUS I.

De Obligationibus, quæ ex delicto nascuntur.

Cùm sit expositum superiori libro de Obligationibus, quæ oriuntur ex contractu & quasi ex contractu, sequitur, ut de Obligationibus, ex delicto & quasi ex delicto descendentes, dispiciamus.

Obligationes ex delictis unde nascuntur?



Omnēs unius generis sunt, & ex re nascuntur, id est, Text. h. in ex maleficio, ex furto, rapina, damno, injuria. Itaque rei nomine intellige hic factum. Sic tamen hæc obli-

gationes sunt ex re, sive maleficio, ut nihilominus accedere iis possit aliquid; veluti injuria est facti, sed accedunt verba, vox, litteræ; similiter in aliis delictis

Ut in l. pen. ff. de flata lib.

Qua poena coercentur?

l. l. §. 1.

Convicti criminis, præter infamiam, etiam in tertiam partem amplius, quam debent, mulctantur: ut si retinuerint ducentos aureos, præsentent trecentos. Nunquam etiam in duplum damnantur. Competunt autem hæc judicia, peculatus, de residuis, & repetundarum, (ut paulo antè dixi) etiam in hæredes; nec immerito, cum in his quæstio principalis ablatæ pecuniæ moveatur.

l. 9. C. de erog. mil. annon. l. ult. ff. d. t.

F I N I S.

I N D E X

TITULORUM,

Prior numerus Librum, posterior
Titulum designat.

D E

A Acquisitione per arrogationem.	3. 11
Actionibus.	4. 6
Ademptione legatorum, & translatione eorum.	2. 21
Adoptionibus.	1. 11
Assignmente libertorum.	3. 9
Attiliano tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur.	1. 20
Auctoritate tutorum.	1. 21
Bonarum possessionibus.	3. 10
Capitis diminutione.	1. 16
Codicillis.	2. 25
Curatoribus.	1. 13
Divisione stipulationum.	3. 19
Donationibus.	2. 7
Duobus reis stipulandi & promittendi.	3. 17.
Emptione & venditione.	3. 24
Eo, cui libertatis causa bona addicuntur.	3. 12.
Exceptionibus.	4. 13
Excusationibus tutorum, vel curatorum.	1. 25.
Exheredatione liberorum.	2. 13
Fideicommissariis hereditatibus: & ad Senatusconsultum Trebellianum.	2. 23
Fidejussoribus.	2. 21
Fiduciaria tutela.	1. 19

620 INDEX TITULORUM.

<i>Testamenti ordinandis.</i>	2. 10
<i>Tutelis.</i>	1. 14
<i>Verborum obligationibus.</i>	3. 16
<i>Vi bonorum raptorum.</i>	4. 2
<i>Vsu & habitatione.</i>	2. 5
<i>Vsufuctu.</i>	2. 4
<i>Vsucapionibus, & longi temporis præscri- ptionibus.</i>	2. 6
<i>Vulgarî substitutione.</i>	2. 17

F I N I S.

